FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Handschriften / Autographen

Tagebuch von Heinrich Wilhelm Ludolf.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

o.O., 13.01.1701-31.10.1711

Mai 1701

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-176785

Visual Library

April 29.) Vers. 25. Cap. XLI. Esai. in LXX.
magis mihi placet quam in textu Hebraeo.
Excitavi eum qui a Septentrione et
eum qui ab oriente Solis. κληθήσονται
τῶ ὀνόματί μȣ. hoc est. virtute meâ
munientur. Hi duo forsan illi duo
Testes sunt in apocalypsi. Circa
nomen Dei vid. Martii 28.) et ejusd
mensis 25) circa משיח.

Maij

3). Vers. 18. Cap. XXVI. Esai. longe
notabilior est in LXX. quam in
Hebraico. Versus praecedens, τῶ ἀγα
πητῷ σȣ, coincidit cum פניך. nam
Salvatori nostro tristem aspectum
exhibemus.

10) 2. Sam. VII. 19. זאת תורת אדם אדני יי.
Hinc conjicere potest quod illa תורה
בתוך מעי in Psal. XL. Sit illa ipsa
Imago Divina in anima humana
cujus resuscitatio quoq in XXXI. Jerem
promittitur.

17) Joh. XVIII. 37. εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκούει μου τῆς φωνῆς. Veritas, אמת, Imago Divina, deleta erat in anima humana, propter peccatum, quod imaginem diabolicam animæ impresserat. Nam Diabolus οὐκ ἕστηκεν ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Joh. VIII. 44. Venit ergo Salvator noster, infinita misericordia nobis datus, Filius Dei, ut Veritati Testimonium perhiberet. Quicunque non est ex Veritate, vocem ejus non audit. Potentia Diabolica, ipsum in servitute tenebrarum coercet. Servitus autem tenebrarum Spiritualis mors est. Sicuti Lux et Veritas, est Principium Vitale, Vitæ Spiritualis. Est ipse Calor Naturalis Novi Hominis. Jesus Christus, est Scientiæ hujus doctor, et summa sapientia ipsa. ἐν αὐτῷ εἰσί, πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Est enim τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

אמת Vide. 19. 23. 24. Martij

hæc spect. 16. et 17 April.

הדריכני באמתך ולמדני כי אתה אלהי ישעי

In Deo est, Salus, ארח חיים, שמחות שבע,

Extra Deum שחת, שאל. Atq qui gratia divina excidit clamat רדף אויב נפשי דכא לארץ Ps. CXLIII. 3.

חיתי הושיבני במחשכים כמתי עולם

[illegible]

[illegible]

Majus.

Ps. XXIX. 11

יהוה עז לעמו יתן יהוה יברך את עמו בשלום. 20.

Ita Pax est Felicitas Populi Dei. Pax et Perfectio in eodem Centro radicantur. Nam שלם. et perficere et pacem colere significat Unde non mirum est quod Pax Dei captum humanum transcendere dicitur. Phil. IV. 7. Sed versus praecedens indicat indolem eorum qui hac Pace fruuntur. Nimirum qui omni anxia sollicitudine deposita, fiduciam et spem in Deo collocant. Pro omnibus, etiam naturae ingratis, Deo gratias agentes, ipsius Paternae dispositioni acquiescunt. Atque ita filiali indole :/: in nomine, h. e. in virtute Christi :/ precibus suis ad Patrem Coelestem confugiunt.

Justitia, in rectitudine Voluntatis nostrae, sincero amore erga Deum versae, consistere videtur. Ita ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, δικαιοσύνη, εἰρήνη, χαρά.

Amor, Pax, Beatitudo. Coelum
Odium, Dissidia, Infelicitas. Infernus
Ita Regnum Lucis et Regnum Tenebrorum differunt. Hoc extra Deum, illud in Deo est. Deus subditis suis bona sua et Gloriam suam impertitur, infinita enim bonitate movetur, suam beatitudinem suis communicare. Diabolus servis suis omnia eripit, motu infinitae bonitati contrario. Quo quis majorem participationem naturae Divinae acquisivit, eo magis aliorum felicitatem in DEO quaerit.

Благодарю тебѣ [illegible], что еси избавилъ [illegible],
[illegible], что [illegible] [illegible]